



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ieremiæ Prophetæ Threni Carmine redditi

Latomus, Jacobus

Antverpiae, 1587

Adriani Wassenhovii In Evndem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69084)

4
ADRIANI WASSENHOVII
IN EVNDEM.

DV M Latomus mæsto cantaret tristia versu
Fata urbis Solymæ gens recutita tua,
Quæq; sacer Vates Hebræo carmina plectro
Personuit, Latiis redderet illa modis,
Obstupuit Phæbus, simul obstupuere sorores
Aonia, & cantus continuere suos:
Ac tandem roseo diuturna silentia rumpens
Ore pater Cyrrhæ, Nasone viuit, ait?
An viuit Naso, potuitq; excedere regno
Elysiis, & superas rursus adire plagas?
Non tamen est Naso: quia nil de Cesaris ira,
Deq; feris queritur Sarmaticisq; locis.
Agnosco, meus est Latomus sermone probatus
Et calamo, pridem cui mea plectra dedi,
Plectra quibus sacros cõplexus carmine Psalms
Iamdudum laudem nominis huius habet.
Magna quidem res est facundia, res quoq; magna
Doctrina, at pietas maior utraque tamen:
Quæ tria quàm Latomus scitè cõiungit, ad ægra
Lamæta, & Threnos quãdo Heliconâ vocat!

I E R E.